

**Opuscula Bohuslai Boemi Ba-**  
ronis de Hassensteyn que hoc volumine continentur.

Ad Uladislau Pānonie et Boemie Regem In fine  
re Anne Regine coniugis elegia cōsolatoria

Elegia ad riiq̃ sanctos. quos vulgo auxiliatores  
vocant. de peregrinatione sua gratias agens

Ad Joannem Sturnū Francū de Smalcaldia de aua  
ricia libellus

Sūmos Christianos principes cōtra Thureas excitās  
adhortatoriū carmen





Kat. Centr.

Sturn<sup>9</sup> Augustino suo Aborano Olomucēsi S. P. D

Bohuslaus meus immo etiam tuus. vir utriusque lingue  
id quod non ignoras: humanissime Augustine: primis  
eruditus ut nup in regijs istis nupcijs summa voluptas  
te. ita iam nunc in regine obitu singulari affectus est luctu  
quem tamen amarissimum luctum cum in Rege statuisset. in se prius  
mirifice hac elegia est consolatus Quod simul atque  
perspexeram. arbitratus opere precium fore si et ipse Rex  
lachrimis iam pene confectus tanta tamque presenti consolatione non  
careret. hortari cepi hominem hic etiam subiecto Epigramma  
mate vela veteris det. et elegiam hanc consolatoriam ad Regem  
in cuius consolatione scripta est prodire sinat. Sed: de re bo-  
ne: quis homini in edendis libellis nimis (quod pace  
sua dicam) modesto persuadeat. ut minora hec et exigua  
edat. qui maxima ita negligit. ut non pauca pridem a blat-  
tis atque muribus corrosa videres et absumpta. quod  
ne huic quique accideret libello. eripui invito nescioque auc-  
tore et exscipsi. tibi que ut regi copiam eius facias mitto Scio  
enim. qua humanitate complecti solites a Bohuslao nostro  
scripta omnia. quem haud secus queso accipias atque op-  
timorum amicorum munera capere consuevisti et boni consulas.  
neque ob id minus tibi gratus sit velim hic libellus  
quod meus non est. qui utique meus est. per me namque ab inter-  
ritu vindicatus. publicum. sed non sine tuo auspicio. forci-  
us non indignus certe neque auctore suo neque illo ipso Rege ut  
magnificentissimo ita inuictissimo. qui nisi me nostra fallat  
opinio non poterit non prius post Bohuslaum gratias ha-  
bere et mihi publicam et tibi reddenti Ceterum si quid ne-  
gligentius minusve castigate scriptum offenderis librario  
non auctori velim ascribas. Addidi etiam huic alteram eius  
elegiam non involucram de sua peregrinatione. quam utramque  
si grato. ut non dubito. animo susceperis. reddes ad alia  
quoque mittenda absque dubio alacriorum Vale feliciter et

Sturnum tuum. ut soles. dilige Date haesistene AB. D. viij.  
xxvi. Decembris

Ad Bohuslaum de edenda Elegia

Te proceres omnes omnes Buslaue Sodales

Ut consoleris: tristitia sceptrum: rogant

Tu solus vigilans doctus pellere curas

Spargis et in tenues: tristitia quoque: notos

Quid precor in tenebris digno sine honore. profundis

Filia quam genuit casta Thalia iacet:

Illa potest fuscas late detergere nubes

Clara quibus pulsas aura per arua redit

Prodeat illa precor mesto solacia Regi

Afferat. In medium prodeat illa precor

Aij

h. n. : 400606



**Bohuslai Boemi Baronis de haf**  
senstayn Elegia Consolatoria

Unde nouus dolor hic. lachrimis cur lula manant?  
Linguaq; singultu concuciente tremit  
An forte astriferas sedes Regina petiuit  
Coniugis amplexus deseruitq; sui  
Deseruit populos noster q̄s alluit Albis  
Et qui rura Sani Danubijq; colunt  
Heu mihi venture quantū mens nescia sortis  
Fallit vt tenebris sepe sepulta iacet  
Hanc fore dū viuis sperabas ipse laborum  
Et casti sociam. Aluladisilae. thori  
Hanc tibi dicebas solacia mille daturam  
Iuncturam et lateri tempora multa latus  
Sed patris eterni mutauit cuncta voluntas  
Consiliumq; animi. perdidit hora: tui  
Et corpus populis nuper ducibusq; verendum  
Exigui factum est: sarcina parua: soli  
Aemibraq; que quondā Seres Indiq; Tyrosq;  
Aurea velabat. terra pusilla tegit  
Pallor habet faciē. labris sua forma recessit  
Purpuree florem deposuere gene  
Dra tacent. que te semper meliora iuebant

Sperare et durum fortiter omne pati  
Conatus varios nō formidare tuorum  
Spernere fortune: fulmina: tela: minas  
Ne tibi iam curis et rerum pondere fesso  
Uxor in occursum basia grata feret  
Est omnino aliquid merentis corda mariti  
Abulcere. et curas flectere posse suas  
Et post solliciti numerosos pectoris estus  
Coniugis in charo: decubuisse: sinu  
Iusta quidem tanti fletus tibi causa: tuosq;  
Iudice me gemitus carpere nemo pōt  
Est si fata dei lachrimis Adamanteq; scriptas  
Alterere si leges: Aluladisilae: potes  
Euridicemq; velut quondam Rodopenis heros  
Ex Acheronte Annam si reuocare vales  
Flebinus heu tecum. miseri laniabimus ora  
Spargemus lacerum pulueribusq; caput  
Desine. sed superi rerumq; immobilis ordo  
Que statuūt. lachrimis: flectere velle: pijs  
Hanc legem certe moderator condidit orbis  
Verset vt arbitrio: mors fera cuncta: suo  
Hec volucres piscesq; maris Libycosq; Leones  
Hec tenet et Scythicas Caucasasq; feras  
Huic legi parent vulgus miserabile: parent  
A iij



Purpurei Reges. Armigeriq; duces  
Quisquis et ingenio terras metitur et orbem  
Scrutaturq; polos. equorcosq; sinus  
Quisq; et eloquium lingueq; volubilis artem  
Exercet raud. natus ad arma: fori  
Non cumilasse aurū mortem nō findere terram  
Non arcet pecudū pascere mille greges  
Quos populi Regesq; timent hac lege reguntur  
Et quos imperiū: sceptrā: Thīara: iuuant  
Si quis et hostiles psternit cede cateruas  
Et genit audaci: forcia bella: manu  
Hac mixti semibus iuuenes. teneq; puellē  
Hac perit coniunx deniq; lege tua  
Ser magno fortiq; animo que ferre necesse est  
Succumbāt modico: nec tua vela: Voto  
An quia vincebat cunctas virtute: Abaritas  
Debebat mortis hō subiisse manus  
Non minus ast Anna veteres Heroïdes olim  
Implerunt celum laudibus omne suis  
Casta fuit: ferro Lucretia pectus adegit  
Et facta est Lacie: nomia: pudicicle  
Fida fuit. mansit dilecto fida marito  
Innumeros inter: Penelopea: procos  
Preposuit gemmis charum viteq; Abaritum.

Coniugis Euadne fata secuta sui est  
Has quoq; mors rapuit nec forme ignouit et annis  
Necroseum timuit: sanguinolenta: decus  
Num tandem es solus Galline filius albe  
Humanos casus nec tolerare potes  
Si placet at toto circūfer lumina mundo  
Immensus quicquid cingit et Oceanus  
Vixq; locum inuenies vbi fletus desit. et in quo  
Non habeat causam. materiamq; dolor  
Nec loquar antiquas dades Danaūq; Phrygiūq;  
Errores Itaci. Traiciumq; nefas  
Et nec Thebanas arces. altamq; Chorintum  
Spartanos casus. Cecropiosq; canam  
Non cedes Regum memorabo: Roma: tuorum  
Abixtaq; Trinacrio: toxica dira: fauo  
Aspice quid patruus tulerint et auūculus olim  
Quid proauus. proau deniq; passus auus  
Aspice fortunam fratrum Scythicosq; furores  
Et Bisantiaci: signa tremenda: ducis  
Qui Capuā nuper. Regnūq; domabat auitum  
Quas patitur victor. possidet exul opes  
Insubrium frenabat agros Genuāq; potentem  
Quem nūc priuatum Gallica Regna pmunt  
Ser precor equo aio culpas spera q; piari  
Casibus aduersis: Aluladifilae: tuas



Ser Rex sortem hoim. nec es tu malor: Jobo es  
Aut qui sidere: gloriaprima: lyre est  
Cernis vt inter se pceres iam prelia miscent  
Et gladios promunt. luctificasq; tubas  
Cernis item populi transuerso vt luie spectant  
Ut vix abstineant sedicione manus  
Nobilitas procerum fastus incusat. et ipsam  
Incerta turbam suspicione premit  
Duls nūc Pānonie motus ignorat et arma  
Instabiles animos. instabilemque fidem  
Scilicet ipse tibi dilecte funera flebis  
Coniugis. et gentes Abars violentus aget  
Non decet at tumidis puppim iactantibus Austris  
Rectori vt lachryme mesta per ora fluant  
Nec phas est vultum luctu tabescere: qui tot  
Luminibus procerum. pontificumque patet  
Ser Rex magne precor rursus quod ferre necesse est  
Nec dolor: immeritum pectus: inanis edat  
Quod natura dedit cunctis mortalibus. vt quid  
Displicet o soli: Duladisilac: tibi  
Sit procul a sancta. tā magna superbia. mente  
Hic procul a vera sit pietate furor  
Quin potius tristes cohibe ratione querelas  
Uxorēque tibi hec dicere crede tuam

Cur fundis lachrymas: coniux dulcissime: cur fles?  
Cario: o vita dum mihi vita fuit  
Non ego Tartareas sedes herebiq; profunda  
Aut loca fumanti sulphure plena colo  
Non me Tisiphone collum velata caputque  
Anguibus excruciat Tergeminusque canis  
Vincula deposui corpus mortale sepulchrum  
Et tellus. animam clarus Olimpus habet  
In superas delata domus et tecta piorum  
Angelicos auxi: diua nouella: choros  
Specto dei faciem. pastor celestibus hymnis  
Abundo incōperta leticiaque fruor  
Parce quiescentem nimio turbare dolore  
Et lachrymis manes: ledere parce: meos  
Iam tua iam satis est pietas mihi nota Abaxite  
Cognita iam satis est indubitata fides  
Tecum iuncta tribus vixi feliciter annis  
Siquē dies numeras per breue tempus eat  
Si qualis fuerat nobis concordia morum  
Cumane vici secula Deiphebes  
Adde quod ann tibi sum prolem enixa gemellam  
Consului et regnis. imperioque tuo  
Altera finitimos iūget tibi federe Reges  
Finitimasque tibi conciliabit opes



Altera te lassum plenūq; senilibus annis  
Ut metuant gentes tot populiq; dabit  
Ex: Inxi flammā prope iam tua tecta tenentem  
Et dominum Venis Danubioq; dedi  
Nil iam qd speret Princeps Romanus habebit  
Nil alij quos spes nescio qualis alit  
Desine pignus habes monumētaq; cōiugis ut quid  
Lamentis minuis: gaudia nostra: tuis  
Hec vxor populi nunc audi verba precantis  
Et quid venturi posteritasq; velit  
Si solum tibi te rerum natura creauit  
Et nihil ad terras. imperiumq; facis  
Dissimulare tuos fletus fortasse liceret  
Et laudare pium principis ingenium  
Nunc cum nostra salus in te inclinata recumbat  
Ex te cum patrie pendeat omne decus  
Fas nobis mortem sit formidare. doloris  
Immensi comitem. sed procul omen eat  
Sit fas queso tuis olim nocitura timere  
Ety ite columen viuere velle sue  
Nam quid seue paras? queris cur fata morari?  
Decretosq; tibi tardius ire dies?  
Si tot terrarum tractus. vrbcsq; superbas  
Negligis et generis: Stemmata clara: tui

Si tibi nos anime viles penitusq; videmur  
Indigne solita quos tuearis ope  
Quid puer at meruit primo qui in limine vite  
Porrigit ad patrem: brachia parua: suum  
Quodq; potest tū risu blanditur et ore  
Artibus in patrijs. instituiq; cupit  
Hunc tu duce parens tot falsos inter amicos  
Tam varios inter destituesq; dolos  
Tu ne feres vident ut nostro sanguine campi  
Qui primi dedimus: Regia Sceptra: tibi  
Ut passim humanis albescant ossibus agri  
Ut vidue ⁊ matres pignora chara fleant  
Filius ipse etiam Sed quid memorare necesse est  
Anxia q̄s fingit mens sibi sepe metus  
Talia nempe manent si te dolor iste sub umbras  
Alufferat a nobis: Aluladifilae: tuos  
Done igitur fletum trepidis et consule rebus  
Et fer opem populo. quē dicatione premis  
Done precor lachrimas et vanos excute questus  
Pectore magnanimi: clara. ppago: patris  
Et qui mille duces vicisti mille cateruas  
Affectus animi: nunc quoq; vince: tui  
Sic videas generum gentes vrbcsq; domantem  
Et dignum socero profoceroq; suo  
Sic tua progenies et qui nascentur ab illa



Imperiū teneant cū seniore senes  
Sic Abahumethi tibi cedant arma Tyranni  
Et duce te ponat: Greca docta: iugum  
Sic tibi gliscentes liceat sedare tumultus  
Et punire malos. premia ferre bonis  
Sic animum quando terreni deseret artus  
Corporis accipiat: sidera celsa: tuum.

### **Gottfridi Boemi Baronis de has**

senstain Elegia de peregrinatione sua gratias agens  
Bis septem o anime rursus noua carmina rursus  
In numerosq; suos: verba redacta: fero  
Carmina pauca fero: nā quo nisi carmine grates  
Abortalis superis lingua referre potest?  
Lustraui ducibus vobis histrūq; Padumq;  
Non vitreas Trebie lene fluentis aquas  
Lustraui Alpini manantem collibus Enū  
Insubrium. Ligurū. Romulidumq; domos  
Inde per ancipites quas spectat Alania valles  
Valles q̄s oleo fertilis Umber habet  
Alpheamq; domat qua dia fluencia Pisam  
Lambit et hetruscos: turbidus Arnus: agros  
Apenninigenas arces et flumina vidi

Lydia: q̄ varijs fontibus arua rigant  
Vidimus et paruo. qua docta Bononia. Rheno  
Cingitur. et trifidi: mensa picta: Padi  
Et iam magnū Athesim. Obrixq; Antenoris vibent  
Et que de Venetum noie nomen habet  
Illyricosq; sinus legi. rauumq; Tymaū  
Et qua Dalmaticam: verberat equor: humū  
Et Delopis populos. et te Phocacia tellus  
Et te Dulichij: regia parua: viri  
Lustraui et Delagus quod Cretam cingit et Idem  
Et cum ventosa: Cypria regna: Rodos  
Et latos Syrios tractus. Nilumq; tepentem  
Dul septemigenis: equora pulsat: aquis  
Palmyserosq; Arabas. et Abemphs rura superbe  
Et Abacedum quondā: mensa lacta: duct  
Hinc post Carpathias hyemes. Pathmōq; Samōq;  
Vitifera Lesbon. vitiferamq; Chion  
Post Smyrnā curuis. et qua Abander. In agris  
Ludit Amazonie nobile gentis opus  
Vidimus Egeis: dispersas Cycladas: vndis  
Icaron et Naxon. Abarnoreamq; Paron  
Saxosam Asyconen. et te Phebeia Delos  
Et Siaram et scopulos: parua Cythera tuos



Erinacriūq; Erycē. flammantēq; ignibus Ethnā  
Et loca que Danae nomina falcis habēt  
Cynsphas etiam Syrtes. Afiamq; Tuneta  
Accessi. et Tyrie: tecta verenda: murus  
Extremosq; Italum Calabros et molle Tarentum  
Et que Dyctē: rura: colonus arat.  
Aluim? ecce tamē post tot discrimina rerum  
Et post veliuoli: tanta pericla: maris  
Viuimus et prisce durant in pectore vires  
Et video patrie: dulcia prata: mee  
Optatos colles. optatos cerno sodales  
Optatāq; pmo: sic voluistis: humum  
Nec mihi terrificis. puppis iactata. pcellis  
Nec nocuit rapidi: murmur et ira: Noti  
Piratas fugi pelago terraq; latrones  
Ceteraq; exicio: retia tensa: meo  
Nam quid pirate? nā quid mortalia cūcta?  
Inuitis nobis numina magna queunt  
Sepe quidem Boreas. Borea nec miclor: Eurus  
Turbabāt nostre: candida vela: ratis  
Et iam visa: mihi summi fastigia celi est  
Tangere iam Stygios: panda carina: lacus  
Pallebant naute trepidantes morte futura  
Nec memores artis. nec memoresq; vie

At vos ut primi Superi succurrite dis  
Pacastis Boream. nauisfragumq; fictum  
Vos Arabum manibus q̄ me spoliare parabant  
In Delusiadis: eripulistis: aquis  
Vos pfecturum cimba que gurgite mergi  
Debuit. assueta: detinuistis: ope  
Pretereo saxum quod iam ppe colla premebat  
Gnosia Alsinonū qua vada Littus habent  
Insolitos quocles sumpsi. dū cetera desunt.  
Interdum stomacho vix paciente cibos  
Nonnūq; et Baccho carui Siculaq; parente  
Ille ego matern is: raptus: ab vberibus  
Nec tamen aut febres aut sensim? hemistriceū  
Aut fluxere atra: viscera nostra: lue  
Quid nūc ardentes. Libye sicientis. harenas  
Et loca vicino sole pusta loquar  
Cuncta tamē tulimus. sic vos. sic ille volēbat  
Arbitrio cūsus. sidera clara. micant  
Laus tibi sancta cohors. tibi gloria. nempe quid ultra  
Hec. genus humanū psoluisse potest  
Non opis est aliud nostre. nec quicquid vbiq;  
Mortalis turbe. frugifer orbis. habet  
Lingua quidem titubat dū conor talia. vera et  
Deficit ingenij: pondere: pssa mei



Sed tamen ante feris Hyrcania. thure Sabel  
Graminibus Tempe. fronde carebit Aethos  
Santromate palmas gignent. mirabitur Arctos  
Frigora. Danubiū Persa Syrusq; bibet  
Absens mea q̄ vobis cessabit dicere grates  
Aut vestri officij desinet esse memor  
Vos mihi profugiū lassē. vos anchora. prore  
Vos exitis numen. tempus in omne. meum  
Vos solum diui. si phas id poscere: vite  
Incertum hoc certo: sistite queso: lare  
Jam satis annorū transégi multaq; terra  
Vultu procelloso. sunt mihi visa. mari  
Nec Delago tocies animi iactatus vt estu  
Transcendi etatis: bis tria lustra: mee  
Vos stabilem cōferte domū. p̄ferte quietem  
Conferte ⁊ studijs: oia grata: meis  
Nō ego diuicias. nō auri q̄ro talenta  
Non virides gemmas. Chrysolitosq; peto  
Nec nostrū votū est. moderari Bactra Getaq;  
Et frenare Indos. Ethiopasq; truces  
Ista optent alij. quos gloria vexat inanis  
Et qui perpetue laudis amore tument  
Dum modo sit nobis mēs recta ⁊ nescia fraudis  
Nulliusq; sibi: conscia. flagicij

Dū modo Socraticos proceres. magnūq; Platona  
Sit phas ⁊ Phebum. Pieridesq; sequi  
Traducam merito securum inglorius eum  
Ignot⁹ patribus. ruricolisq; simul.

### Sturnus Bernardo Adelmanno

de adelmannsfeldia. S. P. D. D. sincera q̄q; vetusta ti-  
bi: clarissime Adelmannē: cū Bohussao nro est amicitia  
⁊ ex mutuis vestris litteris et preciosis donis certatim  
inuiçē missis cognosco. et indies magis magisq; p̄spic-  
cio. Iucundissimum visū est q̄ cōcordi q̄ beniuolo et  
suauī ecia atq; sincero. ⁊ deniq; q̄ vno sitis aio cōiuncti  
Predicēt alij Thesi cū Pirithoo. Horēstis cū Pylade  
aliorq; id gen⁹ amicorū cōiunctissimas volūtates. Ego  
certē si qd dignū doctis me aurib⁹ p̄fiderē datur: p̄ vi-  
rili meo Adelmanni ⁊ Bohussai amicitia p̄discoz illoz  
oim amore arctissimo ostenderē arctiorē. Que res cum  
ita habeat: arbitrat⁹ rem idignā latitare Bohussai no-  
stri penes me qddam egregiū. quod tibi: humanissime  
Adelmannē: vt cetera eius oia nō sit p̄mune. Hūc iccirco  
ei⁹ nūcupatim mihi dicatū de auaricia librum. nomini  
tuo iscriptū. tibi mitto. Libellū q̄ heroico scriptū carmi-  
ne in q̄ Christianos principes ad bellū p̄tra Thircas  
hortat. adieci. Etia atq; etiā orās at rogās. vt vtrisq; i  
publicū (digni nāq; sunt qui ab omnibus legant) tuo  
auspicio p̄dire liceat. in quo minime dubites velim gra-  
tificaturū te doctis omnibus: mihi vero singularis etiā  
am beniuolentie in me tue prestabis nō mediocri testis  
monium Vale feliciter Datis Hassensdene xxvi. decem-  
bris. A. D. viij



## Bohuslai Boemi Baronis de has sensteyn Libellus de Auaricia

Cupienti mihi aliquid de Auaricia scribere: Sturne optime: te potissimum delegi cui munusculum hoc dicarem qui spiritus et auaricie hostis fuisti et nihil unquam pecuniarum gratia egisti. Quamquam autem innumera veniunt in mentem que aduersus eam pestem commemorare forsitan opere precium esset. Seruabo tamen cum delectu modum, neque paciar vela orationis meae lacius quam res exposulat patiri. Et si ostendero neque diuitias expetendas esse: quamquam omnium malorum causa sunt: neque in his quicquam contineri quod ad bene beatumque viuendum conducatur. Alibi optimo preterea atque sapientissimo quod eas contemnit atque despiciat, existimabo me instituto meo satisfecisse. Ordinar autem ab eo quod ab omnibus conceditur. Cui enim dubium est nos vitare cibos noxios, potus insalubres, aeris intemperiem, et quicquid valitudini nostre obstat: quod si tanta cura diligenciaque, que corpori perniciem afferunt cauemus, multo perfectio id studiosius circa ea faciendum est, que animum, qui corpore longe dignior atque prestancior est, deprauat et corrumpunt. At diuitias eiusmodi esse, adeo clarum perspicuumque est, ut neminem arbitrer aut tam impudentem quod id neget, aut tam rudem qui ignoret. Quod enim scelus tam tetrum atque detestabile est ad quod non imoderata pecunie cupiditas impellat. Respice primum stupra et adulteria et nihil pene in eo genere sine nummis peccatum inuenies. Casta erat: ut docet fabula: Danae, sed postquam Iuppiter in eius gremium aureum imbrem demisit, stuprum passa est. Apud Terentium mulier illa Andria, parce primum et sobrie victum queritans vivebat, sed ubi amatores precium pollicebantur (ut ingenium est omnium hominum a labore proclive ad libidinem) eorum voluptati obsecuta

est. Neque ferme comedie quicquam aliud sunt quam lene insidiatae fortunae adolescentium, et meretrices se intemperantiae eorum lucrum gratia subternentes. Rodope, Esopi fabularum scriptoris conserua, tantas opes meretricio questu congregauerat, ut imitata magnificenciam Regum, ingentem impensa sua Pyramidem extruxerit: Flora apud Romanos simili arte immensas assecuta diuitias, populum Romanum heredem reliquit, atque ob id (ut tum erat omnium gentium demencia) inter diuitas relata est. Laïs nobile Choroentiorum scortum, neminem admittebat nisi grande es persoluisset. Accessit ad hanc Demostenes orator, ut famoso amore potiret. Sed dum posceretur talentum, mutans sententiam non emo, inquit, tanti penitere. Nihil de etate nostra dico, quam tam omnia auro expugnabilia parantur, eius certe femine que munuscula subinde acceptat, pudiciam in piculo esse vulgus quod loquitur: Quicquam plerumque matres ubi spes lucrum arridet, aut dissimulant se scire quod sciunt, aut locupletum libidini ultro filias prostitunt. Nihil grauius nihil acerbius in rebus humanis adulterio uxorum iudicatur: non desunt tamen mariti, ut ait Satyrus, qui et lacunar spectant et ad calicem naso vigilanti stertunt. Ex hoc item opus, et quod eas comitantur, voluptatum affluentia, omnes ille Tiberij Neronis Helioabalique principum abhominabiles et dictu quoque feda libidines manauerunt. Adde his superbiam diuitum non modo liberum, sed etiam seruus vix tolerabilem. Quid enim non elate contumeliosumque aut agunt aut loquuntur: eunt ut pomparum fercula incedere credas: leuant oculos et supercilia: inflatis crepant buccis: pauperibus obuijs neque salutantibus respondere sustinet, et quod miserrimum est quod prius modesti atque humani erga omnes erant, partis facultatibus, adeo fastu et arrogancia pleni redduntur, ut eos quam se antea pedibus prouolebant, nunc etiam spectare dedignentur. Aulicos ex his non solum propinquorum sed



eciā parentū ob ignobilitatē et inopīā pudet: neq; effi  
aut hui⁹ vite incōstantiā ⁊ volubilitatē p̄siderāt. aut se  
eadē fortune temeritate qua exaltati sūt rursus depri  
mi posse putāt: quāto meli⁹ Elgatoles ille Sicilię Rex  
qui cū esset figulo genitus. ad amplissimū deinde Regē  
nū. puectus fictilibus sepe cenabat. ⁊ felicitatē pruden  
ter ferendā. nō sermōe tm̄. sed exemplo quoq; docebat  
Quid ego nūc tibi furta. rapinas. cedes. p̄ditōs. ⁊ inu  
merabilia alia scelera ex hac eadem radice pullulācia  
referā? Patrū memoria homo qdā Graij sanguinis  
⁊ obscuro apud suos loco natus. hoc tm̄ facto illustris  
ingentē vniōnū gēmarūq; vim. nēpe que viciēs cendēs  
aureū nummū milib⁹ estimabant. ex erario Veneto sus  
tulerat. patraissetq; facinus. nisi ab eo cuius fidei pluri  
mū tribuebat. p̄dit⁹ fuisset. C. Meris furta atq; sacri  
legia. quib⁹ siciliā dep̄datus ē: famose ille Ciceron⁹ ora  
ciones ostendūt. Scribit idē Cicero Alibesia quādam  
mulierē. accepto a secūdis heredibus auro. partū sibi  
medicāt⁹ abegisse. Alp⁹ Albaronē Polinestor Rex Tra  
cie fas om̄e abrupit. Polidorū obtrūcat. et auro vi po  
tīt. L. Septim⁹ C. Gracchi cui⁹ familiaris erat caput  
p̄cidit. qm̄ optim⁹ Cōsul se id auro repensurū promise  
rat. Curio: vt Anne⁹ ait: capt⁹ Galloz spolijs ⁊ Cesa  
ris auro. bellū ciuile Romane Reip. perniciosissimū exel  
tauit. pecunie magnitudine factū ē. vt Jugurte parrici  
dia pene impunita dimitterent. Crispilla monile aure  
um saluti cōiug⁹ sui Amphiarai p̄posuit: triūmirali p̄  
scriptōe vltia ceteras tragedias etiā in feminas ob aua  
ricia sentitū est Euolue om̄i gēciū historias. ⁊ tot fere  
pecunia q̄t armis oppida expugnata iuenies: vñ illud  
egregie dictū est: nullū esse locū inexpugnabilem in quē  
asinus auro onust⁹ puenire posset. Alulti dños suos  
tradiderūt. Ioannes Hlucens ingentē a Alathia Pā

nonlo mercedem pactus. Aluladissimū Regem. aurs  
eciā cōsilij particeps erat. primo viuū cape. Sin id paz  
ex sentēcia pcederet. gladio saltē aut veneno extinguere  
volut. Possem alia q̄z domestica exempla p̄ferre. sed  
nolo scelera n̄ra ab alijs gentibus. me auctore. p̄gnosci  
atq; vtinā tam paua essent. vt possint vllis artibus cō  
tegi aut dissimulari. Vtinā inquā liceret taliū parrici  
diorū memoriam p̄sus abolere. Sed vincit turpido fa  
cinoris cōsilia n̄ra: neq; nos solum sed etiā posteri nos  
stri ifamiā nefande audacie luct. Dm̄itto p̄iuria. frau  
des. falsa testimonia. nūmos adulterinos. atq; signa  
p̄tereo p̄cussōres. sicarios. ⁊ piraticā aut latrocinia ex  
ercētes. Inuēti sūt q̄ patriā parentesq; ob immensam  
auri sitim. p̄diderūt. Nonnulli Regū senat⁹ q; cōsilia. ho  
stib⁹ denūdauerunt Quidā exercitus totos in p̄niciez  
ducis largicione corruerūt. Alij dici potest quot p̄m  
cipes populosq; hoc pessum dedit. Hoc idem ex medic⁹  
veneficos. ex aduocatis p̄uaticatores causaz facit. hoc  
oculos iudicū excecāt. Alerū p̄fecto est illud quod vn⁹  
ex sapientibus dicebat. vt aurū cotibus. ita mētes hoīm  
auro examinari ⁊ probari. Conuerte te quocūq; vis. et  
passiz audies voces ciuū. viduaz. pupilloz. se opprimi  
⁊ spoliari a tyrānis querentium. Ex hoc numero mlti  
eciā sordidissimū questū nō reformidāt Alaspasian⁹ vn⁹  
ex laudatis impatorib⁹. locij vectigal cōment⁹ est Idē  
rapacissimos quosq; p̄curatorū et qui minime ab in  
iuria tempaturi videbant. ad amplissima p̄mouebat  
officia. locupletores deinde factos cōdenabat. ita nō  
solū lucrū cōsequebat. sed etiā popularem graciā. qd  
in hoīes nocētes tā grauiter seuecreq; animaduertēret.  
Carolū Belgarū ducē vrbes a se obsessas: fama ē: tum  
maxima atq; atrocissima oppugnacōe adoriri solitū. cū  
militibus stipendiū esset persoluendū. quo scilicet pluri



bus in eo certamine interfectis min⁹ erogaret. **A**lsin⁹  
me hac in r e Scipionē imitatē. qui se aiebat malle vnū  
ciue seruare q̄ mille hostes occidere. Judas **A**bagis⁹  
trū Dominū Saluatorēq̄ suū xxx. argenteis vendidit  
**A**leq̄s tpe desunt ecclesiastici. apud q̄s oīa venalia sunt  
et q̄ tāq̄ Reges **P**arthorū essent. neminē ad se sine mu  
nere admittūt. Non auderem hec attingere. nisi scirem  
multorū iā lris id memorie mandatū esse. et nup̄ **B**ap  
tista **C**armelitane religionis sectator luculento carmie  
cecinit. **E**xclamat **G**laccus **M** ciues ciues querēda pecu  
nia primum. **V**irtus post nūmos. **H**oc quasi **D**elphi  
cū oraculū a parentib⁹ liberis inculcatur. hoc post al  
pha et betha discit. hoc cū ipso pene matris lacte bibi  
tur. et miramur oīm fere terrarū orbem hac mortifera  
lue infectū. **I**nterrogat⁹ quidā **C**ur aux palleret? quia  
inqt. multos insidiatores habet. **I**d nos alio mutem⁹  
eloquio. qñ et ipsi nō phibemur cauillo vti. et dicamus  
ideo fortasse **H**ebreos magna ex parte pallere. qñia se  
noxi studēt et auro insidiāt. **S**cio mltā aduersus h̄ dict  
posse. neq̄ em̄ pecuniā malorūq̄ enumerā causam esse  
s̄ puerfam eorū auaritatē. q̄ pecunie gr̄a oīa faciūt. quē  
admodū em̄ inopi minime paupertas. pdest. si in egesta  
te pstitut⁹ peccare nō timet. ita neq̄ opulēto diuicie ob  
sunt. si h̄s bene vti. **F**uisse etiā plerosq̄ locupletes qui  
bus pietatis innocēcieq̄ summa cura erat. **E**go vero si  
qui tales diuinit⁹ fortasse illustrati fuerunt. ita eos di  
uicias possedisse arbitror. vt audirēt magis suas esse q̄  
scirent. **C**eterū vt stultū est aut mare vorticosum quod  
innumerabilia nauigla absorpsit nauigare. aut ire p  
loca in quib⁹ mlti a p̄donib⁹ capti sunt. ita hac viā in q̄  
tot⁹ terrarū orbis fede misereq̄ q̄tidie labit incedere. et  
piculosus et ab hoīe prudēte p̄s⁹ alienū existimo. nisi q̄s  
**S**olomonē forsita sapiēcia auēdit. quē q̄dez ego ob h̄

solū adeo turpiter corruisse crediderim. q̄ in opes desi  
clasp̄ assidue vsabat. **P**lato certe. quē greci de celo mis  
sum putant. negat quēq̄ simul valde diuitē et pbū esse  
posse. **A**postol⁹ **P**aul⁹ qui. inqt. volūt diuites fieri incl  
dūt i muscipulā **D**iaboli. et **D**ñs in **E**uāgelio. **F**acili⁹ ē  
inquit. **C**amelū p foramē acus trāsire q̄ diuitē i regnū  
celorū. **Q**ui etiā discipulos suos. q̄ expedit⁹ ad celestia  
et incorruptibilia tendāt. phibuit aurū et argentū possi  
